



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Hermino Comiti. 136.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Hermino Comiti. 136.

Quantum tu inexplebili discendi cupiditate flagras, tantum ego ad ea, quæ quæris, explicanda promptus ac proclivis sum: dummodò Deus, precibus tuis commotus, inventionem mihi cælitus concedat.

*Diacono-
rum lin-
teū quid
fignet.
Ioan. 13.
Luc. 15.*

Lintheum illud cum quo Diaconi, in sanctis mysteriis munus suum obeunt, humilitatem Domini, qui Discipulorum pedes lauit, & extersit, nobis in memoriam redigit. Id autem amiculum, quod sacerdos humeris gestat, atque ex lana non ex lino contextum est, ouis illius, quam Dominus aberrantem quæsiuit, inuentamque humeris suis sustulit, pellem designat. Episcopus enim, qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur, atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius ac magni pastoris imitorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit. Ac diligenter animum attende. Nam cum ipse

*Cur Epif-
copus cū
Euangeli-
um reci-
tatur, as-
surgat.*

verus pastor per adorandorum euangeliorum apertionem accedit, tum demum episcopus assurgit, atque imitationis habitum deponit: hinc nimirum Dominum ipsum, pastoralis artis ducem, ac Deum & herum adesse significans.

Nilo. 137.

Matt. 20.

Matris filiorum Zebedæi petitionem Dominus, non ut eiusmodi quæ vires suas excedat, aspernatur, (nam quod vult potest) verum ut absurdam reiicit. Dic enim, inquit, ut duo filij mei sedeant, vnus à dextris tuis & alter à sinistris in regno tuo. At iustus ille mercedum repensor æquo ac rationi consentaneo quodam iudicio absurditatem huiusmodi coercet. Non est, inquit, meum simpliciter postulantibus dare: verum iis, qui labores subierunt, mercedem præbere. Neque enim iusti iudicis est sudores contemptui habere, ac segnibus & ignavis largiri. Quamobrè si huiusmodi sessionis eos cupiditas teneret, certamina illa minimè ignorant, in quorū præmiū ea, iis qui legitimè certant, præparata est.

*Explicatio
loci e-
uangelici.
Sap. 10.
1. Cor. 9.*

Ερμίνω κόμητι. ρλς.ε

Οσον αὐτὸς ἀπληγος εἶ πρὸς τὴν μάθησιν, ποσῶτον ἐγὼ παροχῆς πρὸς τὴν δόλωσιν, μόνον εἰ θεὸς δῶ ταῖς εὐχαῖς σε τὴν εὐρεσὶν ἀνοθεῖν· ἢ ὁθόνῃ μεθ' ἧς λειτουργῶσιν ἐν τοῖς ἀγίοις οἱ ἀρχακοὶ, τὴν τῆς κυρίας ἀναμνήσκει ταπεινώσιν, νιφαντος τοὺς πόδας τῆς μαθητῆς, καὶ ἐκμάξαντος. τὸ δὲ τῆς ἐπισκόπου ἀμοφρόλιον ἐξ ἑρέας ὄν, ἀλλ' ἔλινε, τὴν τῆς πρεσβυτέρου δόξαν σημάζει· ὅτι πλάκην ζήτησας ὁ κύριος, ὅτι τῆς οἰκείων ἁμῶν ἀνιλάσει· ὁ γὰρ ἐπίσκοπος εἰς τύπον ὧν τῆς χειρὸς, τὸ ἔργον ἐκείνης πληροῖ· καὶ δεικνύσιν πᾶσι ἀφ' ἧς χήματος, ὅτι μιμητὴς ἐστὶ τῆς ἀγαθῆς καὶ μεγάλης ποιμνίας, ὁ τὰς ἀσθενείας φέρειν τῆς ποιμνίας πρεσβυτέρου. καὶ πρεσβυτέρους ἀκριβῶς· ἡνίκα γὰρ αὐτὸς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν πρὸς γέννηται ἀφ' ἧς τῆς εὐαγγελίαν τῆς πρεσβυτερίας ἀναπύξας, καὶ ὑπανίσταται καὶ ἀποτίθεται τὸ χῆμα τῆς μιμήσεως ὁ ἐπίσκοπος, αὐτὸν δόλων παρέναι τὸν κύριον, τὸν τῆς ποιματικῆς ἡγεμόνα, καὶ θεὸν καὶ δεσπότην.

Νείλω. ρλς.

Τὴν αἴτησιν τῆς μητέρος τῆς ἱῶν Ζεβεδαιῆς, ἔχων ὡς ἀδύνατον αὐτῶν παρατεῖται ὁ κύριος. ὁ γὰρ βέλεται δύναιται· ἀλλ' ὡς ἀτοπον ἀπεπέμψατο· εἶπε γὰρ, φησὶν, ἵνα οἱ δύο υἱοὶ μου καθίσωσιν εἰς ἐκ δεξιῶν σε, καὶ εἰς ἐξ ἐναντιῶν σου ἐν τῇ βασιλείᾳ σε· ὁ δὲ δίκαιος μεθοδεύσας, εὐλόγων πνίχρῳ σφρονίζει τὸ ἄλοπον· οὐκ ἐστὶν ἐμὸν δύναι ἀπλῶς τοῖς αἰτήσιν, ἀλλὰ παραχρῆν μεθ' ὧν τοῖς καμῶσιν· οὐκ ἐστὶ γὰρ δικαίως κριτὴς τῆς ἰσότητος παρὶδέν· καὶ ῥαθύμοις παραχρῆν· εἰ τοῖνυν τῆς καθέδρας ἐρῶσι, ἴσως ἀγῶνας ἐκ ἀγνοῦσιν· ἂν ἐκείνη βραβεῖον τοῖς νομίμως ἀγλοῦσιν ἡτοιμασται.

Κυθη.